Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Succ[ess]orum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad evictorem, vel alius quibus vis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos Officy praefati Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, praemissaq[ue] omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione generali bello conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali mutua recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Sopocko Rogozinskiego Quietat.

395

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Generosus Eustachius Sopocko Deputatus cohortis Loricata Ill[ustrissi]mi et Ex[cellentissi]mi D[omi]ni Alexandri Lubomirski Palatini Cracovien[sis] sanus gratia mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se eiusq[ue] successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia

2768

ipse de manibus Generosi Basily Rogozinski Exactoris Contributionum Fumaliorum Terrae Praemysliensis in Anno praesenti Laudatarum summam certam pecuniariam videlicet duorum Millium Octingentorum Florenorum Polonicalium Cohorti praedictae vigore assignationis per Magnum Petrum Ozga Succamerarium Leopoliensem Commissarium ad exsolvenda stipendia militum Palatinatus Russiae Terrarum Leopoliensis Praemysliensis et Sanocensis electum in manus sui Recognoscentis datae realiter et de facto tulit levavit et percepit de qua levata et percepta summa eadem Duorum Millium Octingentorum Florenorum Polonicalium praesentibus eundem Gnosum Rogozinski Exactorem Terrae Praemysliensis quietat emittit dimittit et liberum absolutumque facit et perpetuo pronunciat. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia accedente.

13 Actum in Castro Praemysliensi Feria Secunda ante Festum Sanctae Hedwigis Electae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Putyatycki Brosnionskich Quietat: